

ducere solidæ; nec morari contumelias, persecutio[n]es ac perversa iudicia, si-  
quidem per CHRISTUM crucifixus sibi sit mundus (*dignius sanè & melius est  
crucifigere mundum, quād (10) crucifigere Christum*, quum, juxta Augustinum,  
*non minus peccant, qui blasphemant Christum regnante[m] in cælu, quād qui crucifi-  
xerunt ambulantem in terris*) & ipse mundo, ita, ut, si mundus ob professionem  
doctrinæ crucis ipsum pro (ii) piaculo reputet, ipse, par pari referens, vicissim  
mundum pro nihilo ducat, utpote cui pridem sit spiritualiter crucifixus &  
mortuus, ut & mundum ipsum contemnat & sinistra ejus iudicia, quin & in-  
tentata pericula forti excelsoque animo excipiatur: Hunc esse (12) canonem,  
hanc regulam, juxta quam incedendum (13) est, quæ pariat pacem & miseri-  
cordiam veris Israëlitis, nempe fidelibus Christianis. Scilicet videmus, nisi pla-  
nè cœcutimus, quomodo CHRISTI crux & passio à nobis sit tractanda: non (14)  
*iudicemus quicquam scire nos, nisi sciamus Iesum Christum, & hunc crucifixum*, non  
in potentia politica, sed in œ[st]e[re]ia, non in fastu, sed in φό[ρ]ω, non in audacia,  
sed in τρόμῳ; non in persuasoriis humanæ sapientiae logis, sed in ostensione spi-  
ritualis potentiae & spiritus potentis, quæ est potentia & sapientia ipsius DEI in  
mysterio recondito, unde nobis nascitur summa gloria & utilitas. Quæ enim,  
quæso Te, illustrior sit gloria, quād (15) filium Dei pro hominibus esse mortu-  
um, pro illorum peccatis & poenis famem, sitim, frigus, defatigationes, obtre-  
ctationes, persequitiones, dolores, paupertatem, vincula, flagra, spinarum  
compunctiones, immò acerbissimam crucis mortem sustinuisse? Quanta hec  
amoris flamma, pro vilissimo & ingratissimo servo in (16) mare illud passio-  
num sponte semetipsum immersisse? Quem innocentia & justitia sua ab o-

mni-

- (10) Ebr. VI, 6. (ii) Vides allusum ad περικάθαρμα & περίψημα I. Cor. IV, v.  
9-13: quod posterius etiam est τὸ καταπάτημα πάντων ὑπὸ τὰ ἵχνη ἔμπαιγμα.  
Confer quoque Thren. III, 45. ubi in Ebræo est Se-lichii abrasio, purgamentum  
**Doth auf den Gassen**/ uti Jes. V, 25. & Ma-os (allusivè **eine tote Maus**/  
**ein Has**/ & eadem allusione, idem cum Mūm seu Me-ūm μῶμος, macula, &  
Mozgluma) nomen infinitivum, aspernabile, Agellij verbo, προπλακισέον per  
πλακισμὸν, da man einen mit Drecke wirfft. (12) Galat. ubi supra v. 16.  
(13) Vides Petri Apostoli ὑπογραμμὸν & τὰ τὴς Χριστὸς ἵχνη, οἵς ἐπανολγήσεον I. e-  
pist. II, 21. (14) I. Cor. II, 2. seqq. (15) Roman. IIX, 31. seqq. (16) Slat Psalm. XLII,  
8. LXIX, 3. XXCIX, 8. Jon. IV, 4.